

177497

Literæ Universales
S. R. M^{tis}. Sveciæ,


Quibus

Senatores & universa Nobilitas

Regni Poloniæ

pro suscipienda tutela & patrocinio

Warsaviam convocata,



NOS CAROLUS GUSTAVUS, DEI
gratiâ Svecorum, Gothorum, Van-
dolorumq; Rex, Magnus Princeps
Finlandiæ, Dux Esthoniæ, Careliæ, Bre-
mæ, Verdæ, Stetini, Pomieraniæ, Casu-
biæ & Vandaliaë, Princeps Rugiæ, Domi-
nus Ingridiæ & Westphaliæ, nec non Comes
Palatinus Rheni, Bavarix, Julix, Clivix &
Montium Dux. &c. Senatoribus, Digni-
tariis & universæ Nobilitati, Terrarum in
Palatinatu Siradiensi, gratiam & favorem
nostrum singularem. Non potest vos la-
tere, quam gravibus causis moti simus, ad
capienda adversus Regem Poloniæ arma,
præveniendaq; ea mala, quæ Nobis, Re-
gnoq; nostro, à dicto Rege jamjam immi-
nere vidimus. Huic armorum nostrorum
justitiæ ita suffragata est Divini Numinis
bonitas, ut, sine ullo impedimento, non
modo nostræ potestatis fecerimus urbem
sedemq; Regiam Warsaviam, sed etiam fe-
lici progressu magnam partem Poloniæ vi-
ctrici nostra manu peragrati simus, spe cer-
tâfre-

177497

I Or

tâ freti : DEUM OPT. Max. consilia actio-
 nesq; nostras porrò prospero eventu bea-
 turum. Quamvis verò arma nostra ulte-
 rius proferre possemus, atq; eo, qvo datum
 est, modo victoria uti adversus eos, qvi par-
 tibus se nostris non adjunxerunt: tamen
 cum ea sit indoles nostra, ut Clementiam
 & benignitatem potius nostrâ, quam iram
 & indignationem testatam facere velimus;
 proinde vos hisce clementer serioq; invi-
 tamus, ut viso lectoq; hoc Diplomate pro-
 pere ad protectionem, tutelam & patroci-
 nium nostrum confugiatis, & omni cum
 Poloniæ Rege commercio ~~renunciatis~~, in-
 traq; diem 20^{am} styl. vet. proxime instan-
 tis mensis Octobris Warsaviam vel ipsi ve-
 niatis, vel Deputatos vestros sufficientibus
 mandatis instructos mittatis. Quod si fe-
 ceritis, promittimus, libertatem Religionis
 immutabiliter conservatum iri. Deinde
 milites nostros ab omni Procerum & No-
 bilium, Civitatum, Castrorum & subdito-
 rum violenta invasione, deprædatione ac
 di-

direptione inhibebimus, atq; commercia,
cum finitimis, quantum ob injurias tem-
porum fieri poterit, tuta & secura præsta-
bimus, ac postremo eorum desideriorum,
quæ Statum, Dignitatem & Jura vestra
concernunt, condignam rationem habebi-
mus. Si hanc gratiam & benignitatem
nostram aspernati fueritis, nec vos à Rege
Poloniæ separaveritis, neq; quiete vixeri-
tis, vos pro hostibus habituri, & posses-
siones bonaq; vestra Fisco nostro subjecturi
sumus. Quibus vos Deo clementer com-
mendamus. Dabantur Casimiræ ad Cra-
koviã d. 7. Junij Anno 1655.

Carolus Gustavus.

